



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLVIII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Pritzwalk die Rathswahl nach Seehausenschem Stadtrechte und das Zumauern eines Thores, im Jahre 1335.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

Stregentin et in molendino ibidem sitis: pro qua confirmacione dicti ciues nobis dederunt LIII^{or} marcas argenti Brandenburg, de quibus satisfecisse dinoscuntur. (Non habent litteram. Queratur quis receperit pecuniam?)

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXVIII. — Bgl. B. II. S. 25. Nr. IV.

XLVIII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Prizwalk die Rathswahl nach Seehausenschem Stadtrecht und das Zumauern eines Thores, im Jahre 1335.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, Comes palatinus Reni, dux Bavarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, prudentibus viris et discretis Consulibus et vniuersitati ciuitatis Prizwalk fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum. Effecerunt erga nostram gratiam vestre fidelitatis sepius approbata et commendabilia merita, quod vos in vestris iuribus et approbatis laudabilibus consuetudinibus conseruare veltrisque commoditatibus, honoribus et profectibus conamur et intendimus intendere temporibus oportunis. Vnde cum concors electio Consulium, per vniuersitatem vestram pro nunc facta, ipsi nostre ciuitati et nobis, vt nobis innotuit, vtiliter conueniat, vt denuo consules, qui discretionem suffulti sint, nobis etiam et ciuitati predictae conuenientes, perpetue, secundum ciuitatis nostre Sehufen aliarumque nostrarum ciuitatum ritum et modum communem, eligere habeatis, vobis omnimodam concedimus et conferimus presentibus facultatem. Volentes etiam valuam nouam sine voluntate communitatis ciuitatis predictae per Consules constructam, sic quod nullus exitus nec introitus per eam deinceps fiat, obstrui, murosque ante ipsam valuam situatos, sine lesione tamen ipsius ciuitatis, dissolui et in vsus communes ipsius ciuitatis conuertere et plenarie deriuari. Mandantes etiam vt nouam et insolitam per ipsos nunc desitutos consules de consistorio ciuitatis nostre predictae annis singulis dandam institutam pensionem, nulli denuo, sed quod ipsam in vsus ipsius ciuitatis conuertatis probabiles, ministretis. In cuius rei Testimonium presentes conferibi Sigillique nostri munimine iussimus communiri. Datum Spandow, Anno domini Milleesimo Trecentesimo Trecesimo quinto, feria quarta ante Epiphaniam.

Nach dem Originale des Prizwalcker Rathsarchiues. Mit Auslassungen und willkürlichen Veränderungen, auch mit falschem Datum abgedruckt bei Beckmann a. a. D., Sp. 126, bei Ludwig und bei Buchholz Gef. d. Churm. Thl. V, S. 48 des Urk.-Anhangs. In dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXIII, wo diese Urkunde sich ebenfalls findet, beginnt sie mit den Worten: In vigilia Epiphaniae domini.

XLIX. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern in Perleberg Hebungen aus der Münze in Kyritz im Jahre 1335.

Anno domini M^o. CCC^o tricesimo quinto, in Spandow, in octaua Epiphaniae domini. Contulimus Johanni et dieterico fratribus dictis hund in dem burn ipsorumque veris heredibus ciuibus in perleberg XII^l frusta denariorum brandenburgensium annuorum reddituum, in moneta nostra